



2b. 15



84.
95

VAL. EBERTO

U. J. C.

ad

Illustrem & nobilem

LITERARUM & LITERATORUM

provinciam,

BELGIUM

atq; hinc

finitimas nationes exteras

DEO COMITE

visenti.

EX MARCHIA, POMERANIA

& SILESIA

AMICORUM

Propemptica.

M DC XXIV.

Literis MICHAELIS KOCHII

in Acad. Electorali Bran-

deburgica Typogra-

phi.

VALLERBERTO

U. S. G.

18

Institut für

LITERARUM LITTERARUM

procurator

BELGIUM

18

Historisches Institut

DEO COLLE

18

EX LIBRIS

18

AMICORUM

18

M DC XXIV

Institut für

Historische

18

18



Præstantissimo Juveni
DN. VAL. EBERTO, J. U. C.
suo
ad extraneos abeunti.



Idus Avi, Patris & Fratrum sectator,
EBERTE,
Doctorem, ingenii dum decus adcu-
mulas.

Exsuperare studes pereger, visurus eosdem
Climata quis Italus Celta vel Iber orat,
Quis Batavos parvis conclusos finibus arces
Hesperia vires extenuare juvat.
Haut gleba fixum patriæ fora, Sponsaq; numis
Obvia inexpertum te retinere potest,
Nobilior quin fibra loco te sustulit alto
Arietis instar opus nobile ferre VALES,
I Batavos virtute, sagoq; togâq; sagaces,
Aptando forment te vel utriq; parem:
Si depressa Themis, lituo jacet Arsq; furente
Historicâ te Mars laude, vel ense paret:
In Batavis polyhistor eris, benè comtus in Anglis
Et Celtis, Italus te gravitate juvet,
Hispani cunctandi artes benè disce, favorem
Concilies pereger, pauca loquendo tibi.

CYR. HERDESIANUS,
JC. & Antecessor.

A 3

JAMBI

JAMBI VALEDICTORII.

EBERTE, cū tres ante messes, nobilem
 Ad STRAUSSII viduam vocatus, filia,
 Quam febris ustulabat Hectica calor,
 Quæq; exspuebat Phthistica pus & sanguinem
 Medicam HANSEBERGÆ opem ferebam, ibiq; tu
 Pubem tenellam, STRAUSSIOS, par nobile
 Juvenum instruebas litteris & moribus:
 Propullare nostri Amoris surculi
 Cepere tunc primū, tuus quod candor, &
 Doctrina promeruerē, nam tibi Charis
 Mores & indolem, Minerva cor, caput
 Effinxit, & linguam Suada melleam.
 Istos Amores integros & fervidos
 Adhuc fovere te, faventes litteræ
 Testantur hæc, queis ex Athenis Patriis,
 Lipsensibus, nec non Wittebergenibus,
 In Belgium scribis te iter molitur,
 Leydamq; adire velle, quæ celeberrimos
 Alit viros, aluitq; semper, & dein
 Totō orbe divisam ingredi Britanniam,
 Doctamq; perlustrare tandem Galliam,
 Et terra quicquid singulare Oenotria
 Habet, videre gestis, & proin meum
 Votum expetis, meosq; Jambos, Entheos
 Quos tu vocas: Ex intimō votum quidem

Manat

*Manat canali pectoris; verum metra,
Qua mitto, marcescente venâ profluunt,
Et aridâ tantum polita pumice:
Plus ergo mentem, quam metrum jam respice;
Feliciterq; abi, mei semper memor,
Mihiq; LINDERSHIUM, cum VORSTIO,
Medico celebriore, & HEINSIUM jube
Salvere plurimum, valere plurimum.
Et Tu vale: Felix abi: Felix redi.*

E Stetino Pomeranorum veteri mittebam,
& quidem tumultuario calamo VIII.
Eid. Marti. Ann. reparatæ salutis
clō lōc xxiv.

ANDR. HILTEBRANDT
Medic. D.

NUNC GERMANE VALENS Lycæa nostra
Mortuis senibus, novis vigescunt
Planè luminibus, novisq; Juris
Professoribus emicant: ut horti
Et agri viridi nitore florum
Verno tempore germinant, novellis
Fulgentes radiis, solumq; latis
Vividisq; coloribus comantes.
Nunc vernat patrium solum, Lycæum
Brandeburgiacum serenat, ad quod
Currunt indigenæ, exteri, hinc & illinc:
Discunt cum Themidos coire laudè
Cultam Pallada, sicut ornat aurum
Fulvum gemma teres, scatensq; amœnum
Fons hortum. Viadrum petunt tumentem
Meris divitiis, quibus metalla

A 3

Cedunt

Cedunt omnia, quæ prius fuerunt,
Quæ sunt, quæ veniente erunt in ævo.

TU GERMANE VALENS tamen recedis
Ex isto viridario, recedis
Ex ditissimo opum sacello, & ardens
Jam discedis ad exteras patentis
Orbis delicias. At evocatus
Tuûm consilio recedis: at nec
Ausu aut spontè recedis: avocat te
Vox fati: neq; deseris Camenas.
Ad divas iter occipis Camenas,
Dum magnos properas adire Belgas
Vel ipfas Charites, Apollinesq;
Ipsos Aonidum: videbis atque
O longum videas, favente fato,
MEURSIUM, ERPENIUM, HEINSIUM, serenos
Illustris sapientiæ Dynastas,
Soles Philologi poli flagrantes.
DOUSÆ, SCALIGERIq; LIPSIQ;
MARNIXI, RAPHELENGII, DANÆI,
JUNI, TRELCATHQ;, DRUSIQ;
VULCANIQ; THOMINGII, DONELLI,
BAUDII, MERULÆ, HEURNII & FORESTI
Manes qui celebrant: ab his relictî
Cum CODDÆO aliisq; verticem ipsum
Olympi superant. Vide, osculare hos
Omnes, lætus adi, saluta & omnes
Meo nomine, vividisq; votis
Qui libris mihi literisq; noti.
Et si transferis via, HILDEBRANDOS
Primum amplectere candidos, sagaces,
Doctos: CRAUTHOFIUMq; Stralesundi,
Nec non TARNOVIOS sacro in ROSETO:
Postvide ut videas amœna DANI
Regna, in quæ celebratur ARNISÆUS
Ille Sol Sophiæ, Machaonisq;

Sidus.

Sidus. Deinde mora absq; longiori
Transi Wisnariam, Lubecam, & inde
Hamburgum eximium tibi exhibebit
LAURENBERGIUM amabilem Sophorum
Ocellum, decus & Philologorum.
Brema MARTINIUM dabit faventem
Et SIBRANDUM, AMAMA Mq; Franeqvera,
SCULTETUM Embda senem, Groninga doctum
GOMARUM, Ambsterodamium celebrem
BROUGHTONUM & reliquos: DEUS diesq;
Quos monstrabit amicioire fato.

I felix, lateri tuo ministros
Jungat flammigeros DEUS: serena
Sit cœlum facie: quiescat imber:
Ut junctus comitatu diserto
Fausto fidere BELGII cupitas
Tandem suaviter adplices ad oras,
Vitam & lætus agas ibi suavem.

I GERMANE VALENS, tuos age annos
Doctus, ingeniosus, expeditus:
Et olim rediens, anhelus artes
Per omnes volitando, apicularum
Instar ingenii volantis alis
Et dulces sapientiæ favos, &
Suavem multiplici labore hymettum
Fingito, refluyente Gratiarum,
Musarum, Themidosq; rore factum
Mulsam mellificam parato, comple
Veris ingenii bonis Carinam,
Juris mercibus inclutis onustam.

*Ita fratrem comitor animo & voto
quem corpore nec possum, nec debeo
in Acad. Viadr.*

THEOD. EBERTUS
Sanctioris Lingvæ Profefs.
Empo-

E Mporium visurus omnium Artium,
Omnisq; Rerum circuli compendium,
Hollandiam, Cognate jucundissime,
Spectatum abi, spectandus ipse, Numine
Favente, letosq; dante spiritus;
Ut fortibus captis super sis integer
Et limpida sorte suble veris undiq;
Nec turbido tarderis Austro vel atro
Ullo procellarum sono vel turbine,
Ornandus ex politioris ævi Laureâ,
Futurus eminentis orchestra Cato,
Matris Tuâq; Gentis altum gaudium.

Cultrino

mitteb.

Prid. Non. Apr.

An. Epoch. Dionys.

cio lcc xxiv.

ABR. GROS MANUS

Grünberg. Silesius.

Ja 666

ULB Halle 3
002 177 021




5b-700

V017

MC







Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

ERTO
C.

84.
95

obilem

TERATORUM
m,

I U M

nc

ones exteras

MITE

OMERANIA
IA

RUM

ica.

IV.

IS KOCHII
rali Bran-
ogra-